

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

Pie Lector, Majori tuo commodo, additur hoc quoque loco, Clausula
singulorum dierum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

PIE LECTOR,

Majori tuo commodo, additur hoc quoque loco, CLAUSULA singulorum dierum.

OMNES SANCTI, quos, felici morte defunctos, hodie felici æternitate donavit Deus.

Omnis Sancti mei nominis, & meæ patriæ, ac Patroni mei mensuari omnes.

Omnis Sancti nationis, & conditionis meæ.

Omnis Sancti, quibus sacra est illa, quæ mihi nascenti prima fuit dies.

Omnis Sancti, quibus sacra est illa, quæ mihi morienti ultima erit dies.

Omnis Sancti, & Sanctæ Dei; vos potissimum, qui in hac vitâ maximè excelluistis in amore Dei: tûque, ô MARIA, Mater agonizantium, orate pro omnibus hodie nascentibus, & hodie in agone supremo periclitantibus: impetrare mihi à Crucifixo JESU felicem mortem, beatam æternitatem. Amen. Credo, spero, amo, adoro te, pulcherrime, ac optime, super omnia, Deus meus! & ideo de peccatis

catis meis dōleo ; ac desidero plus dolere , & confiteri . Doleo super omnia ; quòd te tam ingratus offendiderim , Deus meus , & omnia ! In gratiarum actionem , & satisfactiōnem , offero tibi hujus diei , & vitæ meæ totius , actiones , atque momenta singula , conjuncta omnibus lacrymis pœnitentium Sanctorum , omnibus guttis lacrymarum , & Sanguinis JESU , omnibus meritis JESU , MARIÆ , & omnium Elecotorum tuorum : ut te videre , ac amare , unà cum illis , & unà tecum , merear in æternum . Amen .

AD ANGELUM CUSTODEM
quotidie.

Amantissime , dulcissime , soler-
tissime mi Angele Custos , dux ,
protector , magister , amice verè
fidelis , verè thesaurus immortalita-
tis meæ ! Gratias ago Deo meo , pro-
te mihi dato , & pro donis omni-
bus , quibus ornavit te . Gratias ago
tibi ; quòd me sanctè , à primâ nati-
vitatis meæ horâ , protexeris . Per-
ge , usque dum me sistas Deo ibi ,
unde ad me custodiendum es mis-
sus . Doleo , quòd non semper fue-
rim ad omnem tuum nutum ; quòd
te

te contristaverim , quando feci ali-
quid , quod placebat angelo tene-
brarum ! Suggerie cordi meo , quæ
Deus vult ; & tardi cordis mei du-
ritiem , ac surditatem vince . Sensus
meos omnes , & cor meum gubernat .
M A R I A M Reginam nostram , &
Sanctos omnes , ac Sanctas Dei ,
præcipue Patronos , & Patronas
meas , tibi pro auxilio adjunge : to-
tum me sacratissimæ Trinitati , per
J E S U Sanguinem , & M A R I A E ma-
nus , ex toto dedica , in holocau-
stum æternum : omnes omnino
(etiam quás indifferentes dicimus)
actiones meas , ad majorem Dei
gloriam , offer ad thronum gratiæ
eius , & gloriæ . Nunc , & in horâ
mortis , ita mihi , cum sociis tuis
Angelis , & Sanctis , ope tuâ af-
feste , ut omnia , & singula momen-
ta vitæ , ac mortis meæ , sint mihi ,
tibique , æterno solatio : J esu , &
M A R I A E , æterno honori , & amori ,
in felici beatorum Angelorum æ-
ternitate , in quâ , gratulor , quod
manseris fidelis , cum fidelibus Se-
raphinis , ac aliis ; non verò con-
senseris rebellibus , neque cum illis
præceps rueris in ignem æternum .
Conserva me quoque , ut sim fi-
delis usque ad mortem , ac im-
morta-

mortaliter amem Deum , unà cum
Seraphinis, tecum , & cum aliis:
& sim socius fidelium, non
rebellium, Angelorum.

Amen.

FINIS.

Pellejus ac. Iesu padiberna.

